



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 115. Excusatio Apamiensis Episcopi ob suam oppositionem contra
Parlamenti Sententiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. CXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1679.*Excusatio Apamiensis Episcopi ob
suam oppositionem contra Par-
lamenti sententiam.*

Sub idem tempus juvenis quidam no-
mine Barbes de Luslan a Regiis Mi-
nistris in Beneficium quoddam vi Re-
galix intrusus est: huic ergo usurpa-
tioni strenue obstitit Apamiensis Episco-
pus, ac binas Constitutiones, quibus
anathema in hujus intrusi fautores vi-
brabat, edidit: Quamprimum ea res
innotuit, confestim Harlæus Procu-
rator Generalis in Regio Senatu tanta
vehementia contra Episcopum decla-
mabat, ut hic pronuntiata sententia co-
ram Parlamento comparere, suasque
Constitutiones tanquam irritas decla-
rare juberetur: Verum Episcopus per-
cepta hac sententia, quominus eidem
morem gerere posset, suas exposuit ra-
tiones, datis die quarta Septembris ad
Harlæum hisce literis: „Insinuata mihi
„fuit sententia ad instantiam Vestram
„a Parlamento pronuntiata, qua co-
„ram eo tribunali sisti jubeor, ad viden-
„dum irritari duas Constitutiones meas
„(perinde ac si in illis edendis indebi-
„tam potestatem usurpasssem) contra
„duos Colonos, qui nomine juvenis
Cc 2 „cu-

Tratt. de
Regal.
pag. 531.

Sæc. XVII. „cujusdam Barbes de Luffian scholas
A. C. 1679. „adhuc terentis, & titulo Regaliæ Be-

„neficiū illud adepti proventus, cu-
 „stodi Ecclesiæ Apamiensis assignatos
 „conduxerunt. Ego qui ignorare non
 „possum, quantum & Parlamento ipi
 „(quippe præcipuo Galliæ Senatus)
 „& Dominationi etiam Vestræ magnam
 „in eo Senatu partem occupanti hono-
 „ris debeam; qua par est reverentia,
 „præfatum edictum excepi, & tamen
 „ne deferre illi possem, gravissimæ me-
 „rationes compulerunt, quas me re-
 „censentem Dominatio Vestra benignè
 „audire dignetur.,

„Primo enim, quibus ego sumpti-
 „bus tam longum gravemque Proce-
 „sum ingrediar, quando me omnibus
 „spoliarunt, atque ad incitas redege-
 „runt, ne alimentis quidem necessariis
 „relictis (quæ tamen etiam sceleratissi-
 „mis permittuntur) ut a viginti jam
 „mensibus vitam amicorum liberalitate
 „utcunque ægreque sustineam? & ta-
 „men neminem latet, nec patrimonium
 „mihi esse, quo ultimæ necessitati sub-
 „veniam, nec interim, quantum per
 „ætatem licet annis ac infirmitatibus
 „sessam, functiones ac curas Pastora-
 „les omittere.,

„Deinde: Non intelligo, quam Ec-
 „clesia mea expectare a Parlamento ju-
 „stitiam

„stitiam possit, quando & elapso sæ- Sæc. XVII.
 „culo, & initio currentis, tanto ardore A. C. 1679.
 „dilatandæ Regaliæ, totoque Regno
 „extendendæ incubuit, ut moderari
 „eum Reges oportuerit. Parlamentum
 „enim jus Regaliæ tanquam Coronæ
 „annexum, imo tanquam ipsius Parla-
 „menti præcipuam prærogativam ab
 „aliquot jam annis habuit, quia vide-
 „licet omnes processus, qui hanc Re-
 „galiæ causam spectant, Parlamento
 „deferuntur. Quodsi plurium jam sæ-
 „culorum Jurisprudentiam consultas,
 „invenies, constanter a Parlamento
 „eam regulam observatam fuisse, ut
 „nunquam pro Rege pronuntiaret, nisi
 „probata a Regiis Procuratoribus pos-
 „sessione, quod utique Dominatio Ve-
 „stra in Protocolis, Tabulariis, libris-
 „que Auctorum, qui super hoc argu-
 „mento scripsere, probe notaverit. Cir-
 „cumstantiæ quoque, quæ Decretum
 „Parisiense comitantur, hujusmodi
 „sunt, ut facile ex iis Parlamenti in-
 „me animum colligere liceat: Actio-
 „nem enim criminalem duobus Cleri-
 „cis intentat, adeo miseris, ut solis
 „Eleemosynis, quæ mihi a fidelibus
 „suppeditantur, & quarum partem ego
 „illis communico, precario sustenten-
 „tur; adeoque innocentibus, ut nulla
 „alia culpa laborent, quam quod binas
 Cc 3 „Con-

Sæc. XVII. „Constitutiones meas partibus insinua-
 A.C. 1679. „rint, & quarum æquitatem exami-

„nare non utique ad eos pertinebat.

„Tertio. Quemadmodum certissima
 „res est, non posse jus Regaliæ, nisi
 „Ecclesiæ privilegio ad Reges perti-
 „nere; ita certum est, ad eandem Ec-
 „clesiam spectare, ut de Regalia co-
 „gnoscat, judicetque, id quod in Lug-
 „dunensi Concilio fecit; & quamvis
 „daremus, sententiam Concilii in hac
 „caussa non omnino apertam, & cla-
 „ram esse, eam tamen interpretari Pon-
 „tificis Romani partes essent, non Regi
 „Tribunalis. Cum ergo binis a me e-
 „ditis Constitutionibus nihil aliud ege-
 „rim, quam ut Decretum exequeret
 „concilii œcumenici (id vero non de
 „privatis tantum personis loquitur, sed
 „de quantæcunque dignitatis honore præ-
 „fulgentibus) nec terminos excesserim a
 „Concilio præfixos, sequitur injustam
 „esse eorum calumniam, qui in foro
 „sæculari me accusant usurpatæ, ad
 „ultra metas dilatatæ potestatis. Has
 „ipsas ob causas nunquam ego in du-
 „bium revocavi, quin possem debe-
 „remque Laicos Censuris punire, quæ
 „lescunque tandem essent, in rebus
 „spiritualibus Deoque consecratis (de
 „his enim quæstio jam vertitur) Ec-
 „clesiæ legibus subjacere; tantoque

„magis ad id agendum permovebar, Sæc. XVII.
 „quod viderem proventus, quos sibi A.C. 1679.
 „Laici vendicabant, nihil aliud esse,
 „quam meras decimas ad luminaris a-
 „liamque divini cultus suppellectilem
 „destinatas, sine qua nec sacra Officia
 „peragi deinceps poterunt, quippe eo
 „decoro sublato, quod eorum Sancti-
 „tati debetur, & vere tam est injusta
 „patensque hæc usurpatio, ut nullo
 „honesti colore fucari possit.,

„Quarto. Quodsi alii Prælati, quo-
 „rum Ecclesiæ liberæ erant, in exten-
 „sionem Regaliæ consensere, non potest
 „eorum consensus detrimento mihi esse,
 „qui nullam penitus in eo partem ha-
 „bui. Imo Reservationes, Protesta-
 „tiones, derogationes, aliæque cau-
 „telæ ab Episcopis aut ante, aut post
 „consensum adhibitæ clare ostendunt,
 „& agnovisse illos Ecclesiarum suarum
 „jura ac libertates, & noluisse absolute
 „renuntiare, imo nec sponte Regiis De-
 „cretis acquiescere, sed solo metu, ne
 „iisdem malis mecum involverentur,
 „& adhuc pejoribus Ecclesias suas ob-
 „ruerent, nisi obtemperassent. Et de-
 „nique nunquam eorum consensu effici
 „potuit, ut tantum damni Ecclesiæ
 „subire cogerentur, id quod ex anne-
 „xis, quas ad Illustrissimum Archie-
 „C c 4 „pisco-

Sæc. XVII., „piscopum Tolosanum dedi, Domina-
 A. C. 1679., „tio Vestra plenius intelliget.,

„Cæterum cum Parlamenti Pari-
 „sienſis jurisdictioni me ſubmittere re-
 „cuſavi, non ideo in cauſſa propria ju-
 „dicem me conſtitui, ſed illud tantum
 „egi, ut in cauſſa ſpiritali, & in qua
 „Pontifices, Concilia, Episcopique au-
 „ſtoritate Dei funguntur, Decreta Ec-
 „cleſiæ exequerer; etſi Cenſuras adhi-
 „bui uſurpatoribus coercendis, exem-
 „plo & auctoritate plurium concilio-
 „rum, etiam œcumenicorum id feci,
 „qui dignam hanc cauſſam eſſe cenſe-
 „bant, quæ hujusmodi poenis ſuſtine-
 „retur, præſertim cum non minor Epi-
 „ſcopis obligatio incumbat, libertates
 „ac jura Eccleſiæ, quam fidei dogmata
 „propugnandi, id quod ſolide auctor
 „Sermonis oſtendit, quem dignum cen-
 „ſui, ut Dominationi Veſtræ a me
 „transmitteretur.,

„Non permittit Epistolæ brevitās,
 „ut omnia pertexam, quæ de hac ma-
 „teria dici poſſunt, quæque libenter
 „adjungam, ſi modo intelligam, id Do-
 „minationi Veſtræ placere, ac tempus
 „ſuppeteret ea perlegendi. Nunc finem
 „epistolæ impono & Dominationem
 „Veſtram ardentiffime obteſtor, digne-
 „tur in memoriam revocare, ſe & Regiū
 „Miniftri, & hominis Chriſtiani perlo-
 „nam

„nam agere, atque ut prima obliga- Sæc. XVII.
 „tionem imponit, ne quidquam de ju- A. C. 1679.
 „ribus ad coronam spectantibus dilabi
 „permittat, ita quoque secunda, ne
 „illa in Ecclesiæ præjudicium extendi
 „patiat; alioquin periculum esset,
 „cælestem Benedictionem impeditum
 „iri, quam alioquin sibi suæque illustri
 „familie Dominatio Vestra tam multis
 „egregiisque operibus promerita est.,

§. CXVI.

*Innocentii XI. Epistolæ ad Apamien-
 sem Episcopum & Franciæ
 Regem.*

De nova hac vexatione Franciscus *Abregé*
 Apamiensis Episcopus summum *Chron. Hist.*
 Pontificem, in quo unicum auxi- *t. 10. p. 434.*
 lium, solatiumque sibi repositum scie-
 bat, certiore reddidit; Papa igitur tan-
 tam calamitatem, pro viribus præver-
 tere intentus, ad eundem die decima
 Decembris hæc perscripsit: „Perlegi-
 „mus literas Fraternitatis tuæ, in qui-
 „bus afflictum Apamiensis Ecclesiæ sta-
 „tum, & tuum propterea dolorem No-
 „bis ob oculos ponis; qua de re Pasto-
 „ralem zelum, & sollicitudinem ma-
 „gnopere commendamus, & eodem
 „tecum sensu affecti, non cessamus a
 „Patre misericordiarum, pro muneris
 C c 5 „no-